CONRADUS KYESER. PHILO BYZANTIUS

Süddeutschland (Ingolstadt?), um 1455 (nach 1442) Seite 151v-152r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=39612
Copyright: Innsbruck, Tiroler Landesmuseum (Ferdinandeum)



Quamque philomenam cupis hac arte truffabis
Vermis est in agro ab arantibus colligitur iste
Rubeus ut lumbricus quem ligabis super papirum
Super manum pone et ostende philomene
Volitat te sequitur ab negans silvestra queque

Exul exul expertus pronunciat hec valitura
Ungula ex asini fiat anulus non nocet berith
Sic et in volutus qui fuit pellibus huius
Numquam demoniacus undiquas erit iste
Certe qui ad nudam carnem portavit ligam
A selli virginis non molestabitur idem

Stude princeps care deus quos odit numquam amare
Ut gentem hebraicam maledictam perniciosam
Ecce signum clarum numquid sentis istud amarum
Vitrum quodcumque in quo si pinxeris ipse
Existi crucifixum vel semper virginis aliud
Infundens potum ab intra vinum iudaycum
Rumpitur in partes ne credas frangi per artes
Sed fore signum magnum quod iudas tradidit agnum

Et ardens ferculum istud ingenium dictum
Sintque gariofoli per noctem in vino ponendi
Mane fige singulos in galredam bene spissos
Post de predicto bacho tu partem affunde
Quo tunc incenso ardebit ferculum prius

Naturam propriam nostras gariofolorum
Quod si incensi fuerint ardebunt ad instar
Candele lucentis toto donec sic consumentur

Albumen ovorum de vitellis separare
Et in vesicam albumen per clapsedram funde
Post et vitella bene contusa funde frequenter
Vesice claudende in caldari tunc ferventi
Coquatur donec bene luxetur durum
Est omnium istud grande sufficit quod comedant plures